1056

non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad p[rae]sa o[mn]ia mediante.

Feria Quarta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

7/V 1670

Manasterski & Vruski sese adinuicem et mutuo Quietant.

267

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Nobiles Strehonus Manasterski ab vna, et Iwan Vruski partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitaneali Praemyslien[si] Iurisdictioni se, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam publice libere ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum suo pro interesse seorsim recognouit. Quia ipsi et quidem suprascriptus Nobilis Strehonus Manasterski suo et Nobilis Theodori Manasterski fratris sui germani atq[ue] Laboriosi Dmitr Tereszew de villa Manasteriec Subditi, praefatus vero Nobilis Iwan Vru-

1196

suo et Nobilis Stephani Vruski filij, atq Laboriosi Petri Smarycz de villa Vroze Subditi Sui pro quorum ratihabitione cavent, et se praesentibus inscribunt nomine, se se mutuo, et invicem, una pars alteram, cum posteris utriusq Partis, de omnibus praetensionibus, iniurijs, damnis, et violentijs, sibi ab utrinq modo quocunq illatis, nec non de Protestationibus, atq in primis Nobilis Iwan Vruski de protestatione certa per supradictum Nobilem Stephanum Vruski filium suum, ~~ratione Sui Recognoscente~~ Feria Secunda ipso die Festi Sancti Petri in Vinculis Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo, dante Nobilis Anthonio Manasterski itidem de Protestatione feria sexta post Dominicam Rogationum proxima, in Anno supradicto nimirum Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo per se Recognoscente coram Actis officij praesen. contra se ratione certarum iniuriarum, in eisdem Protestationibus expressarum, ab utrinq factis, tum de processibus quibuscunque ad praenominatas Protestationes institutis et inventatis atq in quocunque puncto et gradu Iuris dependen. quietant, emittunt, dimittunt liberos absolutosq faciunt et pronuntiant, protestationes easdem easumq Prosecutiones atq processus quosvis in quocunq puncto et gradu Iuris dependen. cassant, mortificant, et annihilant, sibi suisq posteris ob praestitam in omnibus plenariam et sufficientem satisfactionem ratione praemissorum, perpetuum imponendo silentium. Salva mihi minus

minus suprascripto Nobili Iwan causa evictione cum Nobili Alexio Manasterski et Laborioso Jacko Zubin -dale subdito ipsius in Protestatione prænominata et procesu causæ specificatis pleno in robore reservata.

Manasterski Winnickiemu cum Evictione Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmyslien Nobilis Alexius Manasterski olim Nobilis Nicolai Manasterski Stephanowicz, cum olim Nobili Marina Wysoczanska Consorte eius Lma procreatus filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis, et competentibusq recedendo. Præsenti verò Castren Capitan Præmyslien Jurisdictioni se, cum suis Juribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie quo ad actum hunc attrit et incorporando, atq subijciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria, et hæreditaria, infrascripta videlicet certam sortem totam et integram se Recognoscentem iure divino, et naturali succesione, post prædictos Parentes suos, inter alios Consuccesores Lme concernentem, in bonis villa Manasterzec Terra et districtu præsenti Præmyslien iacen et consisten cum omni bonorum præmissorum iure, dominio, proprietate, hæreditate, titulog hæreditario, omnibusq et singulis bonorum

260